



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

1 De Sacrosanctis Ecclesiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

diuisit & gentes, Genes. 10. & separauit filios hominum, Deut. 32. distribuitque; voluit terram subactam a filiis Israel, Iosue cap. 9. 18. & 21. Atque 4. loco, & ius gentium docuit diuidere, l. hoc iure, de iust. & iur. cap. ius gentium, 1. dist. 5. ius autem gentium, de iur. natur. apud Iustin. §. singulorum, de rerum diuis. Proinde singulo-

rum res fieri oportuit, hoc est, ex illa rerum communione, in mancipium & ius venire proprium cuiusque; istæque res sunt priuatae, quæ in alicuius iure & bonis sunt, §. 1. de rer. diuis. l. i. eod. tit. in P. l. 1. §. huius studii, de iust. & iur. vel libertæ, vel seruientes, vel communes inter priuatos, vel consulae.

DE REBUS DIVINI IURIS,

LIBER II.

De sacrosanctis ecclesiis. Cap. 1.

V. Viciarij Nationales

- 1. Existant tituli, de Eccles. edificand. vel reparand. lib. 3. Decretal. tit. 40. Lib. 3. Sexti, tit. 21.
- 2. De consecrat. distinct. in Decreto.
- 3. De sacrosanct. Eccle. lib. 1. C. 1. 5.
- 4. **Ecclesia generaliter quid sit.** Ecclesia apud Christianos que & quid sit, ibidem.
- 5. **Catholica cur dicta, ibidem.**
- 6. **Ecclesia pro particulari quadam congregatione. Item & pro personis coordinatis ad ministeria Ecclesiastica, ibid.**
- 7. **Ecclesia continens pro contento. Templum a tuendo.**
- 8. **Templa Græcis uocantur. Item in uarijs locis: & in uarijs rebus, ibid.**
- 9. **Item & Basilica. & quare, de lubra, facella, & c. ibid.**
- 10. **Sacra olim in lucis culta.**
- 11. **Ara quare sic dicta. Altare quare sic dictum. Sacrificiis tria loca Ethnicis olim familiaria.**
- 12. **in Montibus antiqui adorabant & orabant.**
- 13. **Tabernaculum primum Moyses Deo construxit, deinde Salomon.**
- 14. **Sanctuarij Dei olim decem miracula facta. Prodigia que olim Iudeis, & templo eorum contigerunt, tempore Iuliani Apostatae, ibid. Mulieres quare hodie a partu non arcentur ab ecclesia, ut olim certis diebus a templo illo Iudaico. ibid.**
- 15. **Pontificum, seu Episcoporum cura & auctoritas requiritur in Ecclesiarum constructione. Ecclesiis construendis obseruanda.**
- 16. **Sacra loca antiqui ubi erant sita.**
- 17. **Ecclesiis reparandis, vel resarciendis obseruanda distinctiones.**
- 18. **Templorum antique immunitates.**
- 19. **Missa nullibi celebranda, quam in altari seu loco consecrato.**
- 20. **Altare duplicis speciei.**
- 21. **Ecclesie dedicatio per episcopum.**
- 22. **Dedicatio quid sit. Hebræis דבריהו Graecis ἱερόν.**
- 23. **Constantinus Magnus Ecclesiam portatilem, ubiqueque locorum esset, circumferebat. Ecclesia portatilis quid.**

ECCLESIA nomen ꝑ generale est pertinens ad omnem congregationem & cœtum, Græcis ἐκκλησία, cœtus conuocatus: inter dum pro loco, ubi concilio & uocatio cœtus sit. Proinde monemus hic agendum, non de omni ecclesia, sed tantum de sacrosancta. Accipitur autem apud Christianos ecclesia, primum generaliter pro fidelium seu credentium omnium cœtu ubique; existentium, can. ecclesia, de consec. dist. 1. can. legimus, 93. dist. circa me. can. malte, 1. quæst. 1. can. loquitur, 24. q. 1. Cyrillus Hierosolymitan. episc. catech. 18. illuminatorum. Et tunc dicitur, ἐκκλησία καθολική, Ecclesia vniuersalis, quæ vna est, & apostolica, ut habetur in symbolo fidei Nicænæ Synodi, & in Symbolo Apostolorum, πιστεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον, ὁμιλῶν ἐκκλησίαν καθολικὴν. Credo in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam. Dominus noster Iesus Christus caput huius ecclesie, ad Ephes. c. 5. cap. vn. de sac. vnct. c. Engel. drudam, 3. q. 4. Vicarius eius in terris, vnus summus Pontifex, qui Romæ sedet, ubi D. Petrus sedem elegit. Opta. Milenit. a. in 2. Igna. epist. ad Rom. Irenæus lib. 3. aduers. hæres. Terent. de præscr. hæres. Oro. sinus, lib. 12. c. 4. & pro fide Christi occisus est, Egesippus, lib. 3. c. 2. Euseb. lib. 3. histo. eccles. cap. 1. ad quem Dominus dixerat, Tu es Petrus seu Caphas, & super hanc Petram edificabo ecclesiam meam, Matth. 16. can. in nouo. & can. quamuis, 21. dist. cano. 1. & can. sacrosancta. 22. dist. cano. fidelior. 50. dist. can. loquitur, 24. q. 1. l. nos redentes, de sum. trin. C. §. 1. de eccles. iur. de colla. 9. de primatu eccle. Rom. fuse Ioan. Coeleus, lib. 2. de Petro & Rom. Illa vna & omnium populorum, secundum quod prædictum erat, dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam termino: terra. Psal. 2. Et rursum, de reg. filij Dei, & dominabitur de mari usque ad mare, & a summe usque, ad extremos terre, Psal. 49. Ecclesia, inquit Arhanal. de diuers. quæstio. quæst. 71. quidem dicitur, quod in ea vocantur omnes: Catholica vero propterea, quod per totum mundum diffusa sit. Ecclesia Romana caput altiarum ecclesiarum, c. 1. 12. dist. can. dudum, 3. q. 6. quæ

in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis vocatæ sunt, ca. multum, 3. q. 6. ca. qui se, 2. q. 6. c. ad honorem, de aucto. & v. sup. pallii. vnus enim ecclesie, vnus debet esse tantum episcopus, ca. in apibus, 7. q. 1. D. Hieron. ad Ruff. Cypr. epist. 2. lib. 3. D. Aug. epist. 162. & 171. com. Donatist. Et ideo qui ab ipsius vnitate decidunt, amplius in fide non viuunt, & sicut excisi a radice, sine vita sunt, ca. alienus, can. quicumque, & can. quia ex sole, 2. q. 1. ca. ipsa pietas, 23. q. 4. ¶ Sumitur ꝑ & ecclesia pro particulari quadam congregatione, vt, ecclesia quæ est Corinthi, 1. ad Corin. c. 1. & in ecclesijs benedictie Deo domino, Psal. 67. & eccle. c. 24. Et rursum ecclesia pro personis coordinatis ad ministeria ecclesiastica, vt dicitur, non ingreditur maner, hoc est, de scorto natus, in ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem, Deut. 23. id est, ne in promouebitur ad ministerii ordinem, c. 1. & ibi glo. de fil. presby. Et rursum, non ingreditur Amontes & Moabites in ecclesiam Dei, vsque in æternum, Nehem. 13. Et apud D. Mattheum, si non audierit, dic ecclesia, cap. 18. Ita ecclesia, & pro prælato ecclesie, can. scire debes, 7. q. 1. & pro maiori parte capituli, can. Apostolica, 63. dist. ¶ Secundo ꝑ accipitur ecclesia, pro loco ubi congregatio fit: cõtinens pro contento, vt apud D. Paulum, 1. ad Corin. 11. Nunguid non domos habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam Dei contemnitis? & confunditis eos qui non habent: eme pro edificio seu templo, can. de Fabrica ecclesie, can. in ecclesijs, de consec. dist. 1. item & pro rebus ipsius loci, cap. querelam, vbi glo. ne prala. vic. suas. ¶ Templum ꝑ dicitur ecclesiam que q; & a tuendo primum templum dictum, quocirca cœlum qua tuimur dictum templum natura: ab auspicijs in terra: similitudine, sub terra, auctore Varro- ne, lib. 6. de ling. Lat. Vocantur & Græcis templa uocantur, vt c. 6. stat ex edicto Maximiani, quo iubebatur, vt prædia & res Christianorum ecclesijs restituerentur, Niceph. Cal. lib. 7. histor. c. 38. quasi dicas domos domini, id est, Dei. Sic enim & alicubi scriptum legitur, D. Math. c. 21. D. Ioan. c. 2. dicentem Deum, Domus mea, domus orationis vocabitur. Et quia ea diuersa etiam de eorum putabant antiqui: templa dixerunt ἱερόν, & pluribus alijs nominibus, c. in reuor. Hinc & nos templum Dei, 1. ad Corin. 3. Vnde & Basilica quoque, id est, principis domus, can. omnes basilicæ, 1. 6. q. 7. can. omnes basilicæ, de consecra. dist. 1. regia domus vocabantur, & magnifica ædificia. Iussit & Plato templa domibus regalibus coniungi, Plato, lib. 6. de legib. Sicut & Octavianus Cæsar anno ab vrbe condita 726. in palatio templum Apollinis dedicauit, ac bibliothecas perfecit, Dion. Cass. lib. 53. Diæa & templa delubra, facella, bidentalita, De quibus Lilius Grego. Gyraldus, de Idolis gentium, syntag. 1. 7. item & tabernacula, can. in veteri, 77. dist. Quando autem cultus diuinus fuit publicus, fuerunt & vna loca quedam destinata cultui, & sacrificia & ministri horum. ¶ Aliquando ꝑ & in lucis sacra exculca: sicut & meminit Vnguius 7. 5. Aneid.

Templum Augustum ingens, centum sublime columnis, Horrendum sylvis ac religione parentum. Hinc sceptrâ accipere, & primos attollere fasces Regibus omen erat: hoc illis curia templum. Et iterum lares aiunt apud eundem Vrg. 7. An. Nulli certa domus, lucis habitamus opacis. Ne: a tibi quam in memoribus colebant numen antiqui Germani, Cornel. Tacit. de morib. Germano. Et fere eius motis erant omnes idololatæ, vt prope infinita loca sint sacra scripturæ, in quibus Deus populo suo lucos plantare prohibet, & plantatos demoliti iubet, Exodi, 34. Deuter. 7. 12. 16. & 3. Reg. 14. 15. 18. 2. Paral. 14. & 17. Iudith. 3. Esaiâ 17. Michea 5. Fuerunt sola altaria ante templa, quia & ante & ex omni tempore ab initio seculi fuerunt sacrificia Deo oblata, vt constat ex sacrificijs Abelis & Caini, Genes. 4. & Noachi, qui & altare domino fecit, liberatus a diluui- o. ¶ Erant ꝑ in biteræ, & altaria loca quædam elatiora, vbi sacrificabatur, vnde ara quod area pura sit, Genes. 8. Berof. in 3. vel vbi victima ardebat, vel ab imprecationibus, quas Græci

deus dicunt, Varro, de ling. Lat. vt altate quod altior locus sit. Tria loca enim erant in sacrificando Ethnicis familiaria, per quae expiationem facerent: scrobiculo factis, inferis, aris, terrestribus: celestibus, extructis focus. *Luth. Grammat. li. 7. Thebaida.* Idem Porphyrius tradit philosophus, & aras coelestibus, & terrestribus & heroicis focos antiquos statuisse: & subterraneis follas, scrobelle, & quae Graecis dicuntur *υβυαα*: mundo & nymphis, ceterisque huiusmodi antra dicasse. *ff. Adorabat. ff. in montibus, vt Genes. cap. 21. & agris antiqui sub dio, antequam templa essent & loca eam ob causam certa. Orabat & saepe in monte oliuam Dominus noster Iesus Christus, vt turbam hominum vitaret. DD. Math. cap. 14. Mar. 6. Lucae. 22. Joan. Euang. 6. Et exibat Iaac in agrum, vt meditaretur, id est, vt oraret. Gene. 28. 4. Apud Persas neque templa, neque status, neque aras exstruere consueverat: quia in hoc facientibus infamiae tribuere. Quod non quemadmodum Graeci, sentiret Deos ex hominibus esse ortos: in morteque habebant, editissimis quibusque concessis montibus, suis Deis immolare, vt auctor Herodotus. *Herod. in. 1.* Quis primum aedificauerit templum apud Ethnicos id. idolatras, non satis constat, nec etiam de eo anxi esse debemus: imo potius est eius rei memoria & auctorum, & templorum, & simulacrorum, obliuio ne suffocanda. Verum puto prius Deo templum dicatum, & aedes eius sacrificiis destinatas, quia rex Salem & panes offerbat domino, *Gene. c. 14.* & ante eum inuocauit publice Enos nomen domini. *Gen. 4. in. 1.* At in populo Dei postea tabernaculum a Mose Deo constructum, quod etiam templum & domus Dei dictum est, vt *1. Reg. c. 1. vt in libris Samuelis scriptum, ingressus est Elcana & Anna in domum Dei in Silo, & puer Samuel erat cum ipsis. Tunc tamen templum & domus Dei non erant: nam Salomon aedificauit postea. 3. Reg. 8. ff. Tabernaculum fuit autem quod fixit Moses, erat in Silo. Exodo. 26. Rursus autem & scriptum, quod Samuel dormiebat in templo. *1. Reg. 3. De dispositione & triplici sectione tabernaculi palere videbis apud D. Paulum, ad Hebr. c. 9. & in Exodo. 26. & 40. Hoc Moses consecrauit adhibitis ceremoniis. c. 1. de consecrat. dist. 1. Consecratum est templum Salomonis ritibus pluribus adhibitis & orationibus, vt dignus fieret locus ille, in quo orantes a Deo exaudiretur. 3. Reg. c. 8. 9. dignareturque: ibi Deo inhabitare: vt pote in loco, in quo eius memoria, cultusue esset: ideo & consecrabatur, vt propria Dei domus ab ipsis sanctificanda, & ad sanctificationem altorum. ff. Et ideo Rabini in sanctuario Dei, olim in decem miracula facta fuisse annotant. *l. qui pir. labor. capitulis paruum. cap. 5. & ibi Paulus Fagius. 1. Quod nunquam abortiuus mulier ab odore carnis, quae in sanctuario immolabatur, 2. Quod non conspiciat sit missa in domo maiestatis. 3. Quod non accidat casus nobis vnius sine pollutio sacerdoti magno in die expiationis. 4. Non existuerunt pluuia ignem, qui erat in strue lignorum. 5. Non viciu uenit columba in furno. 6. Non reperitum est vitum vitium in Gomer. 7. Non in duobus panibus, & in panibus facierum. 8. In eo stabant coarctati, & adorabant dilatati. 9. Non scit unquam aliquem serpens & scorpion in Hierusalem. Nec dixit unquam homo suo homini, angustior est mihi locus, quam vt possim pernoscere Herojymis. Suat & qui proferunt ex libris Cabalisticis, leonis imaginem in flamma ignis sacrificia abstantis, cōspectam fuisse. Sublato tamen sacerdotio antiquo, omnino templi Iudaici memoria extincta est: & cum fuerit ante aduentum domini dirutum & reaedificatum tamen lege adueniente euangelii restitui non potuit, vastatum funditus a Tito & Vespasiano. Imo cum Iulianus a fide alienus Cæsar in contumeliam Christianorum inisset, & perrosisset Iudæis templum Moses construere, idque illi diligenter exsequerentur, terrete motu facti, ita facta fundamenta omnino deiecta & euulsa sunt pluribus oppressis. Rursusque pertinaciter opus aliis prelequentibus, ignis & celo, & ex fundamentis simul emissis, instrumenta & aedificata exulit, atque inuenta sunt omnium Iudæorum vestimenta cruce signata, quae nullo modo elui poterunt: aliaque prodigia contigerunt, quae narrat Nycephorus, & D. Chrysostomus, & alii. *Nyceph. Calis. lib. 10. hist. eccles. c. 32. & 33. D. Chrysost. hom. 4. in 1. c. Math. tom. 2. Theodo. lib. 6. Histo. c. 43. qui ait, id congruisse anno domini: 363. Post aduentum domini nostri Iesu Christi, inter Christianos fide propagata, ceperunt quoque Deo domino vero Iesu Christo aedificari sacella, atque splendida aedificia, simulque templa, quae ante idolorum erant, Deo fauere consecrata, adhibitis ritibus sacris in sanctificationem, de qua pauca alibi diximus, in beneficis & de beneficiorum erectione. Maioris autem dignitatis ecclesiae nostrae sunt templo Iudæum, eo secus ac vmbra prælati veritas: Nam & nos verum iubi Domini nostri Iesu*****

Christi corpus, in altaris mysterio habemus, cuius aduentum figura Mosaicæ tantum præueniabant. Et apud nos ob ipsam veritatem, ecclesiae sunt a legalibus illis liberæ, adueniente propitiatione vera & efficaci: ideo & mulieres hodie post partum non arcentur ab ecclesia, vt olim certis diebus ab ingressu templi. *can. 1. de purific. post part. lib. 3. Decreta. tit. 47. Leuit. 12. can. mulier. can. ad eius. de consec. dist. 5. quæ quam si venientis causa, certis diebus ab illo se abstinere, non improbetur. ca. quorundam. de consec. dist. 3. ff. Diximus f. & in titulo de sacrilegiis. sacra olim per suffragium plebs, nege Papytia, Cicero pro domo sua ad Pontifices. de sacrandis agos & per imperatores & consules & pontifices dedicati. *1. 2. ne quid in loc. sacr. in P. Lantantum, 6. §. sacra. de rer. diuis. nunc autem solam per pontifices proprios Christianos, §. sacra. de rer. diuis. can. placuit. 1. 9. 2. sine quorum consensu, nec licet sacras aedes construere, can. quicumque, 17. q. 1. ca. lator. 3. quæ. 5. cano quidam. 18. q. 2. can. nemo. de consec. dist. 1. c. aqua, de consec. eccles. vel alia. nec nisi eorum permissione a presbytero ad id minus delegato, *glos. in d. can. nemo. c. presbyteri. & ca. fin. 26. q. 6. c. ministerium, de offic. archiep. ca. nullus presbytero, de consec. dist. 4. putaremque & hanc episcopum esse debere. iuxta cap. aquam. de consecrat. eccles. in d. 1. 2. S. quidem episcopus ciuitatis seu loci, ante debet ad locum accedere, in loco cruce signare, publice atrium designare. Prius autem qui aedificare desiderat, statueret & definire prouenire, quæ ad luminaria, & ad custodiam, custodumque stipendia sufficiant. Sabinus & post aedificationem, episcopum oportet locum ipsum consecrare, aqua lustrali sine benedicta aspergere, *hæc omnia in d. ca. nemo. de consec. dist. 1. §. illud. de monac. in aut. orationes dicere, §. si quis autem voluerit, de eccl. sit. collat. 9. Prospicit hæc episcopi cura & auctoritas in ecclesiarum constructione: insuper, vt qui aedificare seu fundare decreuit, pietatis intuitu aedificet, non quectus cupiditate, putare pacificatur, vt ex eo quod aedificauit de suo vel in suo, quæstum cum clericis diuidat. *ca. si quis basilicam, de consec. dist. 1. ca. eiusdem. 18. quæ. 2. can. hanc consuetudinem, & ca. qui sacerdotis, 10. q. 1. can. ecclesia, qua pactione, 1. q. 4. neque ubique, vel sine discretionem, aut per omnia cuiusque aedificare permittat, aut sine reliquis altius martyris. can. placuit, & can. de fabrica. de consec. dist. 1. Nec omnibus passim temere templum aedificare de nouo licet, prætextu religionis: sed tantum, si fructus sufficientes sint vniuersi ecclesie ad duas ecclesias, & parochia latiores habeat fines, quam hyberno tempore possint accollæ: in vna communitate. *ca. ad audientiam, de eccl. aedific. Si temporis qualitas exigat, can. & temporis qualitas. 16. quæ. 1. vel incrementum sit notabile populis, can. felix, & ca. multis. ca. precipimus, 16. quæ. 1. si in præiudicium alterius non fiat, ecclesie. c. quacunque, 16. quæ. 1. c. 1. de oper. nou. vnt. c. 2. de eccl. aedific. & loco hac congruo. ca. ecclesias. de conse. dist. 1. §. Locum f. congruum explicat Agenus Vrbicus, in comm. ad Iulianum. Frontinum, de controu. agro. loca, inquit, sacra que aedificabantur apud antiquos, quam maxime in consinio constituebantur, vbi trium vel quatuor possessionum terminatio conveniret. Et vniuersi que possessor donabat eorum modum illi sacro ex agro suo: & quantum donasset scripto faciebat, vt per diem solemnitatis, priuatorum eorum agri nullam molestiam incolentes populi sustinerent. Adde & exigi vt loco sacro populus indigeat. *ca. si de eccl. aedific. ca. precipimus, 26. quæ. 1. can. ecclesias. 16. q. 7. Sic nec Iudæis Synagogas aedificare vel templa permillum, etsi vbi recepti, antiquas fucire liceret. *l. si. C. de Iudæis, lib. 1. C. tit. 12. c. 3. eod. tit. lib. 5. dec. tit. 6. l. que nuper, de Iud. lib. 16. C. The. tit. 6. Placuit nihil hominis recte tēpla & sacrificia paganorum, omnino interdici pena capitali. *l. 1. 2. 7. de paga. lib. 1. C. tit. 14. l. 4. eod. lib. 16. C. The. tit. 8. & hæreticis omnia et loca cōueniēdi causa. *l. pan. C. de her. l. 2. de sum. vntis. & fid. Carbo. C. l. cōueniēdi, de epif. & cler. C. l. 4. de his qui ad Eccles. confuge. §. 1. de interd. colleg. hæret. in auth. colla. 9. De hinc episcopus prospicit, vt dotatio sufficiat pro cultu diuino in ea ecclesia fundendo & pro ministerio & ministrantibus, & pro oneribus, soluendis episcopalis: *c. pia mentis, 16. q. 7. in auth. vt determi. sit num. cler. §. 1. vt nullus fabr. orato dom. Ad hoc enim tenentur fundatores. ca. si plures, & ca. pia mentis, 16. q. 7. Arg. l. qui liberos, de rit. nupt. in P. lex. in ca. cum sum. de conse. eccles. Alioquin heres fundatoris tenetur congrue dotare, §. si quis aedificationem, §. si autem, de eccl. sit. vel episcopus ipse si sine dotatione permittit aedificari, exemplo ordinatum sine titulo, quos tenetur vel alere, vel eis de beneficio prouidere. *c. episcopus, de prabend. Pertinet & ad curam episcopalem prospicere, vt iam recte aedificata templa in suo splendore conseruentur, neve collabantur, & videre si qua reparatione indigeant. Quod & rectorum provinciarum************



12 rnuus erat. *l. si in aliquam 7. de off. procons. lib. 1. p. tit. 16. q. Por-*
ro ¶ in ecclesia reparanda vel retarcienda distinguendum est. In-
 terdam enim ecclesie habent quandam portionem ædificatio-
 nis causa destinata, & tunc illa pars proculdubio huic oneri ser-
 uare debet. Olim episcopus tertiam partem singularum benefi-
 ciorum accipiebat, vt facta tecta conseruaret ædificia: quod si ei
 parti cessisset, qui eam accipiebat, onus iubilat. *can. presb. &*
can. vno. 10. quest. 3. can. decernimus. 10. quest. 1. Erat autem pars
 illa tertia præter aliam, quæ episcopo debebatur iure episcopi.
glosan. dist. cap. presb. & vno. Quatuor quippe partes iure anti-
 quo fiebant de redditibus, & oblationibus ecclesiarum: vna cleri-
 cis dabatur ministeria obeuntibus sacra: alia pauperibus: tertia
 fabricæ: quarta episcopali iuri. *can. quatuor. & can. de redditibus,*
12. quest. 2. cum similibus. ibi nota. Quod si hæc tertia pars fabri-
 cæ destinata non sufficiat reparationi, æquum est, qui fructus per-
 cipitunt contribuere pro rata & parte, quam percipiunt, *cap. 1. &*
cap. de his, de eccles. adific. can. si monachus, 16. quest. 1. videlicet ex
 sententia prælati seu episcopi proprii, cui standum est. *can. fin. de*
his que sunt a prælat. sine consens. capit. Quemadmodum & vsus-
 fructuarius ad facta tecta tenetur rerum quibus fruitur. *l. usufru-*
ctus legato & l. hæc tenus, de usufructu. in p. l. cum ad quem. C. de
usufructu. Si tamen aliqua sit alia consuetudo parrochorum, qua
 de suo id faciunt, erit obseruanda. *ca. quicunque. & ca. hoc dicimus,*
16. quest. 7. argum. cap. ad Apostolica, de simon. §. pro consuetudinibus,
de sanctissim. episc. & §. ad hoc scimus, de eccl. iur. coll. 9. l. priuile-
gia, & l. ad instructiones, C. de sacrosanct. eccles. Quod & tradit Hi-
 litiens. in *summa. in de eccles. adific. in princip.* Interest enim illo-
 rum, ædes restitui, vbi conuenire possunt, & sacrosancta mysteria
 Dei accipere & audire: imo maxime ad id tunc cogendi sunt, cum
 decimæ exigæ sunt, vel male solunt. Sapienter impendit de suo,
 cum laborem suum contribuit ecclesiastica præposita persona:
 quia suis stipendiis nemo teneatur militare. Et dignus saltem ali-
 mentis sit, *e. cum secus dum apostolum, de præbend. qui spiritalia*
& l. vna cum periculis, siæ salutis, si male se gerat, dispensat.

13 ¶ Templocum ¶ immunitates plures fuerunt, partim com-
 munes cum rebus aliis ecclesiasticis, de quibus infra: partim pro-
 priæ, velati ne in ecclesiis fiat tumultus, conuenticula, & quæ
 turbare possunt diuinum officium, *c. 1. & §. 1. de imm. eccles. in 6.*
l. conuenticula, de episcops & cleric. iudicia ne exerceantur, dist.
cap. 2. §. 1. de imm. eccles. in 6. ca. 1. eod. ap. Greg. 6. de causis sangui-
nis, eod. quamuis antiquis religionis esset, non auspiciati conuulsa,
nec haberi senatum, nisi in inaugurato loco, in sano seu luce,
Seruus sepe in 8. Æneid. Virgil. Vnde ne id in templo Vestæ fieret,
illud non erat consecratum. Nemo olim quoque sepeheba-
tur in ecclesia matryum, l. 2. C. de sacrosanct. eccles. exceptis in ca.
nullus. 13. quest. 2. Eratque ius alyi c. 6. & 10. de imm. eccles.
ritu. de iis qui ad eccles. confug. C. est titu de sacrileg. in ecclesia, vt
alibi etiam latius docuit in criminib. sacrileg. & de asilo §. Singula-
re illud autem, ecclesiam non consecratam, in qua tamen diuina
peraguntur officia, iisdem immunitatibus potiri, c. ecclesie, cap. 8.
de imm. eccles. habetur quippe ratio cultus diuini, qui ibi Deo

14 exhibetur, non murorum aut parietum ¶ Quam obrem ¶ & quia
 in ecclesiis sacrificia, & dona offeruntur Deo, & preces: ibi alta-
 ria etiam sunt, in quibus & oblatio facta est ab antiquis patribus.
Genes. 8. 12. Exod. 17. & melius, & ratio, in c. 20. & 29. & Leuit. 6.
Iosue 8. 3. Reg. 7. & 1 Machab. 4. Et prouide sacrificabatur alta-
 re & consecrabatur, *dist. cap. vt nunc quoque in ecclesiis conse-*
crabatur, ut. de consecr. eccles. vel altar. Nec licet missas celebrare,
 præterquam in altari seu loco consecrato, nisi maxime eger ne-
 cessitas, *ca. si quis non alii. & ca. missarum, de consecr. dist. tit. 1. &*
nunc nobis & lact. ficium & altare, vt ait D. Paulus ad Hebra. 13.

15 ¶ At ¶ duplicis generis altare est, mobile, & fixum, *glo. in cap. 1. de*
consecrat. eccles. mobile dicitur portatile, quod transferri potest
a loco in locum, lapis, inquam, quidam, continens in se feramen-
cum consecratione, & signo superposito: fixum autem & stabile
est, quod non mouetur loco. Illud profanum fit amoto sigillo
consecrationis, dist. cap. 1. de consecr. eccles. hæc autem, ca. de iudicibus
lapidibus, vel horum aliquo, contiguo consecrationis loco: vel
si morum est sigillum, vel si tota mensa amoueatur, licet ibi foramen
consecrationis non sit: quia dum altare est firmum totum,
non solatubula vel alia pars, consecratur, vt notat Panermitan.
in cap. 1. de consecrat. eccles. vel altar. glo. in can. si motum, in verbo
altare, de consecr. dist. tit. 1. Ideo si tabula, cui pontificalis bene-
 dictio adhibetur, enormiter fracta vel amota sit, debet iterum
 consecrari, vt possit ibi offerri: *cap. quod in dubiis. & ca. l. quicquid, de*

consecr. eccles. 1. Machab. 4. Et sacri Christiatis in ecclesia & benedi-
 cto adhiberi, *ca. altaria, 2. de consecr. dist. tit. 1.* matryumque sa-
 cra lipiana, *can. placuit, eod. q. Adificatis ¶ & de talis ecclesiis, ea*
 rum sit dedicatio Deo simul per proprios loci episcopos, *cap. 1.*
de relig. domibus. Neque interest quo die, dominico aut alio fiat.
c. 2. de consecr. eccles. At facta dedicatione eximur in perpetuum
 ab omni vsu humanorum & profanorum negotiorum locus, &
 ædificio coherentia. *ca. semel, de regul. iur. in 6. can. qui semel. 19.*
quest. 5. ¶ Erat ¶ proprie dedicatio, initiatio ecclesie, id est,
ecclesie opere consummato, primum ei vsui cui destinata erat,
accommodatio: vocant Hebraei חנוכה chonucha, Numer. 7.
& Nhem. cap. 12. quæ Græcis ἐγχευα encenia, sicut & festum
 dedicationis templi vel altaris, *vt D. Ioan. cap. 10.* quod sit singulis
 annis, annuaria memoria. *cap. solemnitates, in 1. & 2. de consecr.*
dist. tit. 1. Mos enim antiquorum patrum agere aliquot diebus, *libr. 3.*
Reg. 8. 1. & l. 12. 1. Machab. 4. cap. 1. de consecr. dist. tit. 1. & de
inceps singulis annis semel, in gratiarum actionem. D. Ioan. Eu-
ang. cap. 4. 10. In altari portatili non est dedicatio festiua: quia v-
 bique deferri potest, & vbique ponitur, potest ibi constituere
 ecclesiam portatilem. ¶ Quemadmodum ¶ legitimus, *Niceph.*
Callist. lib. 7. Histor. eccles. cap. 46. Sozomenus lib. 1. histor. tripart. c.
9. Constantium Magum curasse sibi fieri ecclesiam portatilem,
 quæ vbique locorum esset, & maxime in bello circum-
 ferri posset: ne, si in solitudine quidæ agens, vbi opus esset, Deum
 colere, & diuina mysteria participare deberet, ade facta careret:
 ad quam, velut ad tabernaculum, semper præsto fuere sacerdo-
 tes & diaconi, sine intermissione ministeria diuina iuxta statas
 ecclesie ceremonias obeunt.

De rebus Ecclesiasticis, & primum de fide catholica. Cap. 2.

Lib. 1. Decretal. tit. 1. Lib. 1. Sext. tit. 1. V. Rationale iuris Pontif.
 Lib. 1. Clemen. tit. 1. Lib. 1. C. tit. 1.

- 1 Religionis causa præcipua apud omnes gentes.
- 2 Fides catholica, præcipua res Ecclesie. Ecclesia columna & fir-
 mamentum veritatis.
- 3 Fides quid sit.
- 4 Fides duplex, vna qua est ex scientia: Altera vero, qua ex opi-
 nione.
- 5 Apostata quis dicitur.
- 6 De fide catholica publice disputare prohibuitur.
 Fidei Christi testimonium Galeni ibid.
- 7 In religione pertractanda, duo sunt speces personarum.
 Catechumeni sacrosanctis Eucharistie mysteriis non intererant.
- 8 Diaconus quales esse oportet ex D. Paulo.
- 9 Templi tres partes apud Iudæos.
- 10 Templum Cereris non ingrediebantur non initiati.
- 11 Religionis causas noluit aperio sero cognoscere Augustinus.

Apud Ethnicos, ¶ omnesque pariter gentes religionis causa
 præcipua visa est: veluti vita nostra ea constante, vt ait Pli-
 nius *lib. 14. c. 19.* cum ea sit fundamētum homar & societatis. Ci-
 cero, *1. de nat. Deor. vnde qua diximus lib. 39. Syntax. art. mira. c. 30.*
& Lactant. de ira Dei, c. 12. Tantaque curatus Romanis, vt nul-
 lus actus absque augurio vel pontificum, vel sine verum senten-
 tia fieret, decemque iuuenes filii principum Etruræ singulis
 annis mitterentur ad descendam rerum sacrarum peritiam. *Valer.*
Maxim. lib. 1. cap. 1. Fuit & aliorum populorum locutiudo circa
 suas superstitiones diligentissima. Verum de his non referam plu-
 ra, quia salutarum religionum etiam non eclatara indigna est, quæ
 ore Christiano profetatur. Sed de vera agam relig. *ont. ¶ Est ¶ fide*
 que præcipua res in ecclesia, fides catholica, vnitatis scilicet fidei,
 cum ecclesia quippe sentiendum est catholico, nec ab ea disce-
 dendu, ne fiant schismata. *e. quis nec sciat, 11. dist. Cypria. lib. 4. epist. 8.*
epi. ante eum Callistus, 12. dist. can. non decet, & Iulius qui Athanasium
restituit, c. nolite errare, 11. dist. Cuius causa & episcopi maioribus
 se submittere debent. *D. Ambrosius in ca. 4. ad Ephes. D. Augustinus*
contra Donatist. lib. 2. c. 3. & Leo Magnus ad Athanasium episc. Theoph.
epist. 82. c. 5. Per hanc Basilus Mag. *us lib. de spm. Sancto. impu-*
gnat Eunomianos. Ad hunc interpretationem se refert D. Chry-
solost. ad Corin. 15. Hæc columna & firmamentum veritatis, ec-
 clesia, *2. ad Timoth. c. 3.* Nec credendum, inquit D. Augustinus in euangelio,
 nisi ad hoc ecclesie auctoritas me compelleret. Augustinus ad Paulum. Fi-
 dei acceptio: nes alibi pertractauimus *12. c. 10.* opus non sit petere,
 diximus *li. 39. ync. c. 13. vide & Host. in summo. de summa tri. & fide*
 cath.